**Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg**

## Bibliographische Daten

| | |
|---|---|
| Titel: | Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98 |
| Signatur: | Cent. II, 98 |

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Salzburga olim Iuuauia et petena dicta, norici uetustissima ciuitas: nunc metropolis
bauarie: Quam tempore Iulii Cesaris ortum habuisse dicunt: non longe ab alpibus que olim
ad noricos attinebant: nunc confusis omnibus, germanie attribuuntur. Noua enim vicina et
alpium incole ut plinius scribit Thaurisci olim dicti sunt: hoc quoque tempore circa menos in pri
mis germanie oris, sunt incole qui Thauri dicuntur. Cimbris enim Illiricum tentantibus, haud
longe a norico qui in alpibus, ad eos Cn. papirius Carbo confluxit, atque re infecta (ut Strabo auctor)
abscessit. Haut vero longe interiecto tempore Cum tres fortissime gentes Cimbri, theutoni et
Ambrones, vno tempore in Italiam erupissent: partim per noricos descendisse, plutarchus auctor,
vterque exercitus C. Marii auspiciis deletus est. Vnus non longe a Salzburga in eo videlicet loco qui al
pibus proximus est, alter ad athesim: Trecenta quadraginta milia barbarorum cesa: et centum
quinquaginta capta scribit liuius. Fuit motus ille omnibus italie (non modo locis per que eruptio fac
ta est) formidabilis: Ideo romana arma citra ultroque per noricum assiduis motibus gesta:
cuius incolis pene domestica facta sunt. Cum interdum tres integras legiones in finitima loca mis
sas sustinuerunt. Quas sub initio gallici belli quod ultra alpes gestum est C. Cesar duabus addi
tis quas proxime fecit (ut ipse scribit) in galliam traduxit: Ubi excisam rupem militari opere
patefecit, ut ex uetustissimo epigrammate prope saxo sculptum in monte arduo quem Cuus
vocant (Litteris magna ex parte ob uetustatem abolitis) datur intelligi: C. Julius Cæsar: Reliqua
tum loci asperitate, tum vetustate legi nequeunt: Julius enim Cæsar Socero generoque suffraga
ntibus ex omnibus prouinciis Gallias potissimum elegit, cuius emolumento et opportunitate idonea sit
materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Cisalpinam Illirico adiecto accepit: moxque
per Senatum Comatam. Ceterum cum Istris, panonibus, Illiricis et germanis bellum illatum est
hac veluti via ubi modo Salzburga sita Romanis armis accessus patuit et reditus: Germa
nos igitur Julius Cesar aggressus in faucibus montium arcem munitissimam eo loco extruxit
ut milites ad eam refugium ad iuuandum: Et satellites ex ea auxilium et iuuamen hab
erent. Et inde castrum Iuuauense vernacula lingua helffenberg appellabatur. Fluuius quoque
cui adiacet Iuuarus dictus arci nomen dedit: A quo autem deinde condita Iuuauia dicebatur